



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lvgdvni, 1659**

V. De Absolutione ab excommunicatione maiori.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

tis, ea quæ per censuram prohibita sunt, assolent incurri. Primus quidem effectus est mortalis culpæ reatus, si agat prohibita directè per censuram, ut est communicatio in diuinis rebus. Irregularitatem autem excommunicatus incurrit, cum actionem aliquam ordini sacro deputatam exercet. Secundus est præsumptio suspicionis de hæresi. Tertius, priuatio Ecclesiastici Beneficij, vel ipso facto, vel per sententiam. Quartus nullitas absolutionis generalis in rescriptis, si per annum insor descatur.

*Micite*

38. *Quid est cum excommunicato communicare?* Ut quis datur cum excommunicato participare, primum supponi debet, iam illum in excommunicationem incidisse. Secundum debet esse prohibita participatio cum vitando. Tertiù, nulla adesse necessitas, quæ posset excusare. Et quidem omnes fideles Ecclesiastico præcepto prohibentur, ne cum excommunicato participant, cooperando ad eius contumaciam in crimen. Qui autem præterea cum excommunicato participant in crimen, excommunicationem Maiorem incurrent. Debet autem excommunicatione in crimen eo esse, ob quod excommunicatus est. Qui denique cum excommunicato in diuinis communicaret, ultra mortalem culpam, etiam Minorem excommunicationem incurret; nam is, qui tantum in humanis communicaret, etsi in eandem Minorem excommunicationem incideret, venialiter dumtaxat delinqueret.

---

## C A P V T V.

### De Absolutione ab excommunicatione Minoris.

39. *Vonammodo excommunicatione Maior tollitur?* Profectò contumacia sublata semper auferri posset excommunicatione; tamen ordinario iure per solam absolutionem tollitur.

40. *Quinam absoluit ab excommunicatione iuris non reservata?* Episcopus proprius, Parochus, & quiuis proprius Sacerdos. Est ab homine *specialis excommunicatio*. Is tantum absoluit, qui eam tulit, Superior, & ab iis delegatus. Dixi specialem; nam generalis ex probabili opinione cum excommunicatione iuris non reservata concurrit; quamvis in rigore leges sequatur excommunicationis ab homine specialis.

482 Moral. Theologia Tract. IV. Censura,

41. Si reseruata sit excommunicatio, à quoniam est acciūda absolutio? Siue sit iuris, siue hominis, is solus absolutus, qui tuit, successor, Superior, & ab iis delegati.

42. In mortis articulo absolutus ab eo, qui alias non posset, ad quidnam tenetur ab agitidine liber? Etsi quoad effectum recipiendi absolutionem directam obligatus non manes; obligaris tamen ad te præsentandum Superiori legitimo.

43. Alibi censuras contraxi, sed alia in diœcessu nunc <sup>scilicet</sup> domicilium, à quoniam absoluendus? Episcopus diœcessus hius est proprius tuus Sacerdos respectu censoriarum, quas <sup>ad</sup> contraxisti.

44. In aliena vago<sup>r</sup> diœcessu, à quoniam sum excommunicatione absoluendus? Si ad breue tempus vagas, non potest loci Episcopo absolui: securi si mora esset diurna. Fateor eos qui vagi propriè dicuntur, etsi ad breue tempus, ab Episcopo loci, in quo morantur, absolui posse; quia hi nulli speciali Episcopo addicuntur.

45. Habet ne forma absolutionis ab excommunicatione aliquid peculiare? Forma substantialis nil habet peculiare virtus ea, quæ de absolutione à censura in communi respondi. Accidentalis autem à iure præscribitur, ut præstito à poenitentie solito obedientiæ iuramento, & iuratoria saltem cautione nudatis humeris flagello cædatur cum Pœnitentiali Psalmi, & solitis orationibus, inde absoluatur, & absolutus demissetur. Hæc quidem fieri debent in solemni ac publica absolutione; nam in priuata fori conscientiæ iuramentum fatus est, & iuratoria cautio, & recitatio Psalmi secreta forma solita absolutionis adiuncta. Quid si in publica, aut secreta huiusmodi accidentalis forma non obseruetur? Non ideo irrita erit absolutio.

---

C A P V T   V I .

De Excommunicatione Minoris.

46. **Q**uid est Excommunicatione Minor? Priuatio quadam participationis passiuæ Sacramentorum, & Ecclesiastici Beneficij. Differt planè ab excommunicatione Majori, aliisque censuris, ut patet, cum tamen ipsa vera censura sit, vtpote vera pena Ecclesiastica fori contentiose requiriens iurisdictionem externam, & instituta sit ad correctionem.

47. *Quoniam*